



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 3. Alius eiusdem scriptoris locus emendatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

## CAPVT III.

**E**XCEPTA Macedonum gente, ait libro tertio beneficii Seneca, non est in villa data aduersus gratum actio. Sed vbi quidquam tale de Macedonia lectum est? Immo verò apud solos mortalium Persi ingrati actionem dari, ex Xenophonte didicimus cuius verba describam, non vt vulgo leguntur, sed legenda sunt: *δικάζουσι δὲ καὶ ἐγκλήματος ἐστὶν ἀποδομῆσι μὲν ἀλλήλους μάλιτα, δικάζουσι δὲ ἑκάστου ἀποδομῆσι.* Numquid igitur Senecam memoria lapsum esse dicimus? At eam ipsemet profiteretur sibi vsque eò firmam fuisse, vt non tantùm ad vsum sufficeret, sed in modicum vsque procederet. Equidem vidi veterem Senecæ librum, in quo non *Macedonum* legebatur, sed *Madonum*. neque dubium habeo, quòd legendum *Medorum*. Medos autem pro Persis antiqui sæpe dicebant: vt iam pridem docui in illum Catulli locum

*Cùm Medi irrupere nouum mare.*

Itaque Aristophanes gallinaceum; quem iocans olim Persis imperasse, ea de causa *μῆδων ὄρνυ* vocat *ἐπεὶ καὶ τὸς Πέρσας μῆδ' ἔλεγον*: ait qui scholia in eius fabulas scripsit.

*Vetus quadam consuetudo satisfaciendi in quibus malè precati erant.*

## CAPVT IIII.

**I**N consuetudine apud veteres positum fuit, vt si alicui malè precatu erat, is si eum placare eique satisfacere vellet, optaret eo præsentem, vt in caput suum reciderent ea quæ in ipsum dixisset. Duobus hoc Seneca locis cognosci potest: quorum vnus est libro